



Juan Palomino la Graba.

Ayuntamiento de Madrid

10366

A II 17 25

faciam: & nunc clarifica me tu Pater apud te ipsum, claritate, quam habui priusquam mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt: & mea omnia tua sunt; & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

Psal.
65.

Offertorium. Benedicite Gentes Dóminum Deum nostrum, & obaudite vocem laudis ejus: qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoveri pedes meos. Benedictus Dóminus, qui non amovit deprecationem meam, & misericórdiam suam à me, allelúia.

Secréta.

Suscipe, Dómine, fidélium preces cum oblationibus hostiarum: ut per hæc piæ devotionis officia, ad cælestem glóriam trans-eamus. Per Dóminum.

Secúnda Secréta de Rogationibus. Hæc múnera. 319. **tértia de B. María.** Tua Dómine. 312.

Vel secúnda de B. María, tértia. Prótege nos, **vel O** blátis. 312.

Commúnio. Cantáte Dómino, allelúia: cantáte Dómino, & benedicite nomen ejus: benè nuntiate de die in diem salutare ejus, allelúia, allelúia.

Psal.
95.

Postcommúnio.

Tribue nobis Dómine, cælestis mensæ virtute satiatis, & desiderare quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dóminum.

Secúnda Postcommúnio de Rogationibus. Vota nostra. 319. **tértia de B. María.** Sumpus Dómine. 312.

Vel secúnda de B. María, tértia. Quæsumus Dómine, **vel Hæc** nos quæsumus. 313.